



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XIX. Markgraf Ludwig verschreibt dem Kloster Reetz wegen des Mangels,
worin es durch Kriegsunruhen gerathen, die Pfarre zu Dramburg, am 29.
Januar 1341.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

Pro Bernwald dimisit VII, et quelibet marca debet ab eis redimi pro X marcis, et sic de aliis. Item Schonevliet V. Item Soldin IX. Item Lippen III. Noua Berlin V. Landsberg X. Vredeberg VI. Retz III. Dravenburg V. Woldenberg VI.

Aus einem Copialbuche des Geheimen Staatsarchives (I. C. 4. in quarto).

XVIII. Markgraf Ludwig gewährt der Stadt Reetz wegen erlittenen Brandschadens einen Abgabenerlaß, am 30. Dezember 1340.

Spandow, anno dom. M. CCC. XL. Considerata discretorum virorum ciuitatis nostre Retz ciuium sincere nobis dilectorum approbata fidelitate, defectibus, quos per ignis voraginem noviter perpeffi sunt, ex mera mentis nostre beniuolentia nimirum obuiare, ipsos a datione siue solutione precarie medie et a medietate ipsius annuo tempore nobis debende seu soluende a festo beati martini proxime venientis per duos annos continuos, sic quod nobis nec vlli medio tempore nostri nomine quicquam dare de solutione eadem siue pensione ipsorum annua teneantur, libertauimus et libertare decreuimus, dammodo ipsam solutionem in munimenta ipsius ciuitatis necessaria, cum Aduocati nostri transfedorani conscientia, conuertant et dirigant euidenter. In cuius etc. Testes vero huius nobilis vir Conradus dux de teck, joh. de Buch, henricus de Ryschach curie nostre magister, albertus de Wolffteyn, Johannes hufener cum ceteris. Datum Sabbato infra octauas cristi.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives.

XIX. Markgraf Ludwig verschreibt dem Kloster Reetz wegen des Mangels, worin es durch Kriegsunruhen gerathen, die Pfarre zu Dramburg, am 29. Januar 1341.

Ludovicus etc. singulis et uniuersis. Conuenit et pium esse censemus, quod sollicitudo principis defectus necessariorum virginum deodicatarum et sic frequencius obsequencium pro suo possibilitatis beneficio suppleat, ut eodem habitis necessariis altissimo valeant reuerencius famulari. Sane cum honorabilem religiosam sororem abbatissam totumque conventum sanctimonialium in Retze, ordinis Cisterciensis, caminensis dioecesis, propter terrarum nostrarum quondam disturbium et controversiam, mutuo et extrinsece habitum, egestatis nouimus laqueis irretitum, quibus et quarum defectibus ob domini saluatoris reuerenciam et ob bone recordacionis Marchionum predecessorum nostrarum conservacionem animarumque salutem perpetuam obuiare salubriter et mederi decreuimus et decernimus in hunc modum, videlicet ex mera mentis nostre beniuolencia, ecclesie parochialis ciuitatis nostre Dramborch dotem cum singulis et uniuersis suis pertinencijs, appendicijs, iuribus, commodis et vibus ad eandem ex debito pertinentibus appropriare decreuimus et presentibus appropria-

mus, dum primum per mortem vel resignacionem voluntariam pastoris nunc ipsam regentis vacaverit, in antea sine inquietacione qualibet perpetuis temporibus possidendam. In cuius etc. testes Helo, Wolfstein, Bombrecht pincerna, Bethkinus de Ost, Ghunterus de Guntersberg, Thid. de Brederlo. Datum Soldin, anno domini MCCCXLI. feria II. post conversionem sancti Pauli.

Aus Dittmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geheimen Staats-Archives f. 245. und einem alten Copialbuche.

XX. Markgraf Ludwig befreiet das Kloster Marienwalde auf vier Jahre von allen Lasten und seine Colonisten von aller Beschwerde, am 29. Januar 1341.

Ludouicus etc. Honorabilibus et religiosis viris in cristo Abbati et conuentui monasterii Mergenwold, deuotis sibi dilectis, gratiam suam et omne bonum. Ad releuanda egestatis et inopie vestre onera, quibus vos perplexos fore nouimus, et etiam vt monasterium vestrum, prout concepistis, transponere eo commodius possitis et valeatis, vos et vestros subditos colonos et pauperes quoscunque in bonis monasterii vestri residentes, a festo beate Katharine proxime venientis vltra per quatuor annos continuos ab omni datione cuiusvis seruitutis qualitercunque nominate nobis faciente libertamus, sic quod nec nobis nec vlli officiatorum nostrorum ad aliquam dationem nec seruitutem dictis quatuor annis durantibus aliquatenus teneantur. Volentes etiam homines noualium vestrorum, si qua alias excolitis et plantatis sic quod homines in eis refedeant, sine lesione qualibet etiam ipso durante tempore gaudere predicta libertate et gratia seu potiri. In cuius etc. Testes huius sunt Guntherus comes de Swartzburg, Beringerus Helo, Albertus Wolffsteiner, Bombrecht pincerna, milites, Gerke Wolf cum ceteris. Datum vt supra (Soldin, Anno MCCCXLI. feria secunda post conversionem sancti Pauli.)

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. C. 4. in quarto).

XXI. Markgraf Ludwig befreiet das Kloster Marienwalde noch auf zwei Jahre von allen Lasten, am 3. März 1345.

Ludowicus, dei etc. Honorabilibus et religiosis viris Abbati, Priori totique conuentui monasterii in Mergenwald deuotis, sibi sincere dilectis gratiam et omne bonum. Inopiam, paupertatem et miseriam vestras vestrique monasterii pietatis oculo procernentes, vos et vestrum monasterium a festo beati martini proxime venientis duobus annis deinceps continue succedentibus ab omni donatione siue datione cuiuslibet exactionis nobis dande siue debende supportauimus et presentibus supportamus. In cuius etc. Testes et datum vt supra feria III^a. ante Letare.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4. in quarto).